



Svmma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Svccincte Explicantur,
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Sive Antinomia Ivris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,
discussa, & explicata

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1658

XLI. Differentia 14. Iure civili fructus ex re pignorata extenuant sortem,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61864)

XLI.

DIFFERENTIA 14.

Iure civili fructus ex re pignoratā extenuant sortem, C. de pignor. act. l.

*1. & 2. Sed in Iure Canonico invenimus contrarium in duobus casibus,
c. 1. de feud. c. Conquestus, de Vfaris, c. Salubriter,
cod. Bartol. 102.*

I. Indubitata est Codicis lo. cit. sententia: Ex pignore percepti fructus imputantur in debitum; quando sufficiunt ad totum debitum, solvitur actio, & redditur pignus: si debitum excedunt, qui supererunt, redduntur item l. 2. eod. quod ex operis ancilla, vel ex pensionibus domus, quam pignori detineri dicis, perceptum est, debiti quantitatem relevabit, eadem DD. opinio est. *abb Alex de Nevo in c. 1. de juri. Ceter. in 2. q. 78. ar. 2. Navar. c. 17. in 215. silv. V. Pignus, n. 11. Less. c. 20. lib. 16. Leyman. l. 3. Tr. 4. c. 30. . 7.*

II. Nec diversum quid iure Canonico sancitum est. nam in c. Cum contr. hic tit. legimus. Secundum Canonicas sanctiones fructus restitui, & in sortem debent computari. Vbi *Glossa* bene observat primò, fructus intelligi, qui de ductis impensis supersunt, l. 1. C. de fruct. & lit. expens. Secundò computandum quoque esse, quod percipi potuit, ex pignore, & creditoris incuriā non est perceptum, C. de partu pign. & in omni casu, l. 2. Igitur assignata differentia in duabus tantum exceptionibus consistit: prima est, habens ab Ecclesia possessi-

ones in feudum, si pro pecunia oppignorat illas Episcopo hic fructus pignoris in sortem non tenetur computare, omisso tamen, seu condonato servitio, quod Vassallus debebat, quasi illius loco fructus occupentur. Quo autem iure id fiat, non una omnium sententia est, ut fufius in citato c. B. r. b. os. prosequitur: qui etiam extendit ad emphyteusim, & usumfructum, quod ab nonnullis improbatur. *Secundò* exceptio est, quando maritus pro dote sibi promissa pignus accipit. Illius enim fructus in sortem minime computat, l. 1. pro oneribus 20 ff. de iure dot. Censentur enim interea temporis, dum sorte caret, ad familiaris sustentationem, aliaque vita communis onera perferenda necessarii. Quam ob causam *Innocentius III. in c. Salubriter 16. de vsur. generum* ad fructus possessionum, quas pignoris loco à socero accepit, negat compellendum esse. *V. Antonin. par. 2. tit. 1. c. 7. Innoc. Hostiens. Joann. Andr. Calder. in cit.*

c. & imprimis 2or. Tom.

III. l. 7. c. 9. & Filliuc. Tract. 34. Par.

2. c. 5.